MODVS LEGENDI ABBREVIATVRAS PASSIM IN IVRE TAM CIVILI QVAM Pontificio occurrentes, nunc primùm integritati suę restitutus.

HVIC ACCESSERE TITVLI, QVAE ET RVBRICAE *uulgò nuncupantur, in uniuersum* IVS CIVILE, *ex* HALOANDRI *recognitione adscripti.*



COLONIAE
Excudebat Petrus Horst.
Anno 1564.

PRAEFATIO.

ETSI Imperatoris testimonio laudabilior sit, qui factum subtilius emendat, quàm qui adinuenit: laude tamen nõ minima afficiẽdos eos arbitror, qui primas bonarũ artium promulgationes summa cum lucubratione sequacibus delegauerunt: quoniam, vt testatur Philosophus, nedum ijs, quibus perfectè, sed & ijs, ex quorum imperfecto opere adinuento ad veram Philosophiæ lucem tãdem ventũ est, gratiæ sunt porrigendæ. Quamobrẽ cùm libellus, qui Modus legẽdi in vtroque Iure dicitur, opus equidẽ primò Iuris cunubula introeũtibus ne dicam vtile, imò necessarium, plurimis tum diminutè, tum superfluè positis vndequaque antea notaretur: vt tandem Iuris studiosi consultius securiusq; inhærerent operi, factum est hoc idem opus correctum, emendatum, omni deniq; superfluitatis, seu diminutionis macula vitioq; purgatum: vt per hæc, quæ sequũtur, scripta omnibus luculentissimè panditur.

MODVS

MODVS LEGENDI ABBREVIATVRAS TAM IN LIB. IVRIS CIVIlis, quàm Pontificij passim occurrentes.



VIA præposterus est ordo prius humana petere subsidia, ut illis deficientibus, diuini fauoris gratia postuletur: ut de cõsecrat. dist. 1. c. omnis Christianus. in fi. & in prim. Apparatus Io. And. lib. 6. imò uix bono peraguntur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. 61. dist. c. miramur. 1. q. 1. principatus. & c. cũ Paulus. Ideo diuino primitus implorato præsidio cũ Iuris utriusq; scientia tã legũ quàm canonũ pretiosissima, nõ adminiculatiua: sed principalis & sacratissima, imò diuinitus inspirata sit, maximè cõpetẽs principibus, comitibus, baronibus, militibus, cæterisq; nobilib. clericis atq; generosis persõnis iurisdictionũ, & iuriũ ipsorũ manutentionẽ habentibus: statui, ut huius utriusq; iuris, scilicet Canonici & ciuilis notitiã aggredi uolentibus, tam in legendo, quàm in studendo, facilis, breuis, & planissimus pateat accessus in textibus, appa

ratibus,summis,gloßis,recollectis,& omnibus abbreuiaturis legum & canonum,ad Omnipotentis Dei laudem,& iuniorum scholarium,sacerdotum,& Iuris alumnorum instructionem:quæ aliter fieri non habet, quàm illorum informatio, quos scholasticis doctrinis scholas fortè regendo sua laboriosius oporteat quærere nutrimenta. Attento quòd omnis processus artium & scientiarum generatiuus ordinem in se debet habere,& propter uitæ humanæ insufficientiã breuitatẽ continere:talem,ut sequitur, breuißimum instruendi modum obseruandũ esse censeo pædagogis nobiliũ: salua tamen emendatione meliorantium rationabiliter hunc discendi modum.Præhabitis ergo scholasticis disciplinis & puerilibus eruditionibus in Donato,casualibus & temporalib.in Alexandri partibus ambab.declinationibus,cõiugationib.& cõstructionis ordine,cũ moralib.authoribus Catone & Faceto &c.non per uitæ medietatẽ liberalibus & adminiculatiuis artib.insistendo,ut sunt Grãmatica,Logica,Rhetorica,Geometria, Arithmetica,Musica & Astronomia:sed his cõpendiose trãscursis, principalibus scientijs, uidelicet tramiti Philosophiæ suadeo citius appropinquari:& tandem Iuri Canonico & Theologiæ, practicæ finaliter immorari.Nam,ut ait beatus Hieronymus,Illi in uanitate sensus,& obscuritate mentis ambulant,

lant, qui diebus & noctibus in Dialectica arte torquentur, &c. ut in Canone Nonne, Dist. 37. ubi reprehenduntur Dialectici, & rerum naturas inquirentes, nec non uersificatores, & eadem dist. c. legimus. ubi per uanam dialecticorum garrulitatẽ & sophistica argumenta intelligit Hieronymus cyniphes & ranas, quibus Aegyptij sunt percußi.

PRIMO, *præmitto nomina librorum in utroque Iure, tam Pontificio quàm Imperatorio, annectendo cuilibet horum diuisionem in libros partiales. Deinde subiungam modum allegandi in quolibet libro cum exemplorum positione de abbreuiaturis: ut introitus ad iura capeßenda manifestetur, quorum ignorantia paucos excusat: iuxta regulam, Ignoran. facti, non iuris excusat, ut de regula iuris c. ignorantia. libr. 6. quæ regula duos habet articulos principales. Primus, quòd ignorantia facti quemlibet excusat: maximè dum est ignorantia facti probabilis. Tunc enim in toto excusat ignorantem: ut in l. error facti. C. de iuris & facti ignorantia. Quod enim per me non stat, mihi imputari non debet: ut in. c. imputari. de reg. iur. lib. 6. Secundus articulus est, quòd ignorantia iuris neminem excusat: quia Ius quilibet scire tenetur, & nemini licet ipsum ignorare. ut in l. regula. ff. de iur. & fact. ignor. Debemus ergo scientiam Iuris omnes appetere, ne in*

contemptū Dei nos incidere contingat. Nā contēptores canonū peccant in spiritum S. cuius instinctu, nutu & gratia ipsi sacri canones editi sunt: ut 25. quæst. 1. uiolatores. & cap. nulli fas.

Iuris definitio. Sacerdotes iuris.

PRO *quo sciendum, quòd* Ius *est ars boni & æqui: cuius merito quis nos sacerdotes appellat: id est, sua iura cuilibet ministrantes. ff. de iustit. & iur. l. 1. respons. 2. Est autem* Ius *nomen generale: &* Lex *est species* Iuris. Etiam Ius *dicitur præceptum seu ordinatio principatus, uel domini circa subditos.* Et *sic* Ius *triplex distinguitur: quia talis superior principans aut est* Deus: *& tunc dicitur* Ius *diuinum. Aut est natura: & dicitur* Ius *naturale primæuum. Aut est homo: & tūc dicitur* Ius *humanum, scilicet gentium uel ciuile seu positiuum.*

Ius naturale.

IVS *naturale est commune omni nationi, eò quòd ubique instinctu naturæ, non aliqua constitutione habetur, ut maris & fœminæ coniunctio, puerorum educatio, communis omnium possessio: quia iure naturali omnia sunt communia, id est, communicanda tempore necessitatis.* Nemo *enim proprium dicat, quod commune est. ut dist. 17. c. sicut, in medio, & illud* Ius *æquissimum est, quia eius præcepta in lege, &* Euangelio *continentur: ut quod tibi uis fieri, mihi fac: quod non tibi, noli.* Sic *potes in terris uiuere iure poli. ut*

dist.

dist.1.in princ.dist.l.ponderet.aliàs cõsideret. 2. quæst.6.Decret.de maior.& obed.dilecti.ubi includitur,Non furtum facies:Non mœchaberis, Nõ occides, Non suscipiès uocem mendacij.Exod.21. & 24.Deuter.5.cap.Ozeæ 7.cap.cum multis similibus.Hoc Ius cœpit ab exordio rationalis creaturæ,nec uariatur tẽpore:sed est immutabile, plen & perfectum.dist.5.in princ.& dist.8.in princ.

Sed Ius positiuum est constitutio hominis uariabilis & imperfecta. Et subdiuiditur in Canonicum & Ciuile. Nam sicut ex duobus componitur homo,scilicet materia & forma: sic duæ sunt dignitates in Ecclesia militante, scilicet Pontificialis authoritas,& Imperialis potestas,ut de maior.& obed.c.solitæ.Ex quibus iura duplicia prodierunt.Papa enim conditor Canonum.& Imperator Legum.Ex quo iam patet causa efficiens utriusque iuris.Sed causa materialis iuris positiui, est Leges & Canones, Decreta, seu Decretales epistolæ,circa quæ omnia uersatur ipsum ius. Et coincidit communiter causa materialis cum subiecto.Vnde subiectum iuris Canonici est bonum Ecclesiasticum fidelium directiuum, decisionem singulorum negotiorum continens,rerum ecclesiasticarum utilitatem conseruans.Vel est homo catholicus,dirigibilis de Iure Canonico,in bonum humanum,similiter & diuinum.Nam sicut scientia sup Ius positiuum. Iuris Canonici subiectũ.

ponitur scientiæ, ita subiectum subiecto. Et philosophiæ moralis, cui scientia iuris utriusq; subordinatur, subiectum est bonum humanum: igitur &c. sic subiectum Iuris Ciuilis est homo politicus, constitutionibus legalibus dirigibilis simpliciter in bonum humanum ad Reipub. utilitatē conseruandam. Causa finalis satis patet ex dictis. Nam finis iuris est bonos & scientes efficere, non metu solū pœnarum, uerum etiam exhortatione præmiorū. Causa uerò formalis duplex est, scilicet forma tractandi, quæ est modus agendi: ut definitiuus, diuisiuus, præceptiuus, prohibitiuus, & exemplorum positiuus. Et forma tractatus, quæ consistit in diuisione librorum totalium, in partiales, & partialiū in titulos seu rubricas: & titulorū in capitula, leges, paragraphos, uel respōsa, &c. ut infrà dicetur

Ius Canonicum.

IVS Canonicum in quatuor libris principalibus nobis est traditum. Primus liber Iuris Canonici est Decretum. Secundus Decretales. Tertius, Sextus liber. Et quartus, Clementinæ, scilicet Constitutiones. Pro quo sciendum, quòd differentia est inter Decretum, Canonem, & Decretalem epistolam. Hæc differentia notatur distinct. 3. §. porrò, ubi dicit Gratianus: Canonum alij sunt decreta Pontificum, alij statuta conciliorum. Nam

Canon.

Canon propriè dicitur statutum in concilio generali, uel prouinciali, factum authoritate episcoporum

rum

rum:ut de consecrat.c.1. Decretum uerò est sta- **Decretũ**
tutum, quod Papa de consilio Cardinalium, ad
nullius tamen consultationem statuit, & in scrip-
tis redegit, ut de rescript.c.præsenti. Hic autẽ De-
cretum sumitur pro nomine libri, in quo Decreto
S. patrum dicta descripta sunt. Capitur etiam ali-
ter Decretum de rebus eccl. non alien. cap.1. lib.
6. in glossa magna, in fine ubi ponitur differen-
tia inter decretum authoritatem, & consensum,
uel collaudationem iudicis &c. Sed Decretalis e-
pistola dicitur, quam Papa solus, uel de consilio
Cardinalium ad consultationem alicuius rescribit, **Decretalis**
& respondet; ut de rescript.c.1.& glossa 3.§.om- **epistola.**
nes hæ species. dist.3. Etiam inuenitur hoc Decre-
tale, ut 25.quæst.1.omnia decretalia. Indifferen-
ter tamen Decreta, Canones & Decretales Ius Ca-
nonicum nuncupantur, uel Canones: & unum sæ-
pe pro reliquo sumitur. Vocatur etiam Canonica
institutio aliquando dogma, quia consistit in do-
ctrina fidei Christianæ. de consecrat. distinct.5.c.
fin. Aliquando mandatum, quia consistit in do-
ctrina de moribus dist.54. denique. Aliquãdo in-
terdictum, quando nulla pœna adijcitur. de con-
secrat. dist.3. non oportet. Et quandoque sanctio,
quando pœna additur. 27.quæst.4. si quis uerè.
Hæ etiam Decretales in plurali numero utimur
pro libro, in quo dicta capitula, quæ etiam De-

cretales dicuntur, continentur.

VENIO nunc ad libros. Primum itaque librum Iuris Canonici, qui Decretum dicitur, composuit magister Gratianus: non quidem inueniendo, sed dicta sanctorum patrum in diuersis dispersa uoluminibus in unum uolumen debitè & ordinatè colligendo, & hoc circa annum Domini millesimum centesimum nonagesimum tertium. Fuit etiam ille Gratianus unus de tribus fratribus cuius alter frater Petrus Lombardus librum Sententiarum conscripsit, & tertius Petrus Comestoris, uel Manducatoris, qui scholasticam historiam fecit. Diuiditur autem hic liber primus Decretum in tres partes principales. Quarum prima uocatur Distinctiones, quia ulterius subdiuiditur in partes centum & unam, quarum quælibet distinctio dicitur. Habet enim hæc prima pars Decreti distinctiones centum & unam, à quibus ipsa tota nomen est sortita. Istæ autem distinctiones alterius subdiuiduntur in canones uel capitula: qui canones interdum propter aliquorum ipsorum prolixitatem subdiuidi possunt in paragraphos: & paragraphi ipsi, si longi fuerint, in uersiculos. Secunda pars Decreti nominatur Causæ: & continet in se 36. causas, in quas diuiditur, à quibus & nomen accepit, quæ causæ subdiuiduntur ulterius in quæstiones: & hæ quæstiones in canones uel capi

tula,

tula, quæ ultra in paragraphos & uersiculos subdiuidi possunt: ut suprà de distinctione canonum præmissum est. Est tamen animaduertendum, quòd causa 33. habet quæstiones sex: quarum quæstionum tertia non diuiditur immediatè in canones uel capitula, sed inibi interponitur Tractatus de pœnitentia, qui continet in se distinctiones septem, in quas diuiditur. Et hæ subdiuiduntur in capitula uel canones, & paragraphos, ut suprà dicebatur. Et interdum diuiditur in paragraphos absq; capitulis. Tertia & ultima pars Decreti nuncupatur de Consecratione: & habet sub se quinque distinctiones, in quas diuiditur: quarum quælibet in plures subdiuiditur canones, uel capitula: & quandoque in paragraphos, ut suprà dictum est.

Versus:

Decretum centum distinctiones dat & unam.
Triginta causas, & sex addit tibi mixtas.
Distinguit septem pœnitentia, consecrat quinq;.
Authorem quarum tibi declaro Gratianum.

Vel sic breuius:

C. distinguit, & L. causas dabit x. tria cum sex.
Pœnitet v. uersum, uult consecrare reuersum.

Nunc ponenda & notanda sunt exempla allegationum. Et de prima parte Decreti nota,

quòd

quòd illa syllaba di. uel dis. etiam sola litera, d. significat distinctionem: & numerus immediatè sequens denotat quotam distinctionis. Vltimò poni*tur principium canonis uel capituli, in quo authoritas uel allegatio continetur.* Exemplum accipe *in prima parte* Decreti, *ubi sic allegatur* 8. *distinctione. quo iure. & hoc sic abbreuiatur. distinc.* 8. *quo iure, id est, in prima parte* Decreti, *in distinctione* 8. *illius partis, in canone, qui incipit*, Quo *iure*. Aliud *exemplum. dist.* 37. Nonne. *& cap. legimus. id est, in prima parte* Decreti, *in distinctione* 37. *eiusdem partis, in canonibus, qui incipiunt* Nonne. *&*, Legimus. Item *aliud, distinctione* 40. *multi. & cap. non loca. & distinctione* 50. *ponderet, quod declara, ut prius.*

In *secunda parte* Decreti *nota, q per numerum positũ ante literã q datur intelligi quota causæ.* Et *sic omnia talia adiectiua numeralia, prima, secunda, tertia, quarta &c. usq; ad trigesimam septimã ante literam q posita, semper includunt hoc substantiuum, causa.* Nec *debet ille numerus excedere* 36. *quia nõ sunt plures causæ in secunda parte* Decreti: *& per literã q. intelligitur quæstio in nominatiuo uel alijs casibus secundum exigentiã congruitatis.* Cõmuniter *tamẽ in ablatiuo allegatur quæstione. Sed per numerũ sequentẽ istã literã q designatur quota quæstionis illius causæ præmissæ,*

sæ. Et sic numerus sequẽs erit adiectiuũ istius substantiui, quæstione, per q designati: quod nunquã subintelligitur, sed semper expreßè ponitur. Vltimo subiungitur canon, uel capitulũ illius quæstionis in quo authoritas allegata quæri debet. Exemplũ sume de secunda parte Decreti, ubi sic allegatur 1.q.1.principatus.& capitulo, cùm Paulus, Et solet ita breuiari.1.q.1.principatus.& ualet tantum: in secunda parte Decreti in prima causa illius partis, & in prima quæstiõe illius primæ causæ: in canonibus incipientibus, Principatus &, cũ Paulus. Isto obseruatò quòd in toto iure non breuiatur principium canonis, capituli, uel legis: sed semper integrè ponitur, prout in libro cõtinetur. Aliud exemplũ.11.q.3.inter uerba 17.q.4.si quis suadente. Item 23.q.1.noli æstimare. & c. militare.26.q.5.non liceat.& c.aruspicinæ.in uer. nec ideo. Declara ista exempla, & signãter ultimum: in secunda parte Decreti, in causa 26. in quæstione 5.eiusdem causæ, in canonibus, qui incipiunt, Non liceat &, Aruspicine.in uer. nec ideo. Quia tamen Tractatus de pœnitentia inscritur in quæstione 3.ipsius causæ tricesimætertiæ, ut suprà dictum est, ideo sumatur exemplùm ubi sic allegatur: de pœnitentia.dist.prima homicidiorum. & capitulo, homicidiũ. hoc sic breuiatur: de pœ. dis. 1.homicidiorum.& cap.homicidium.id est, in secun-

secūda parte Decreti, in causa 33. in quæstione tertia istius 33. causæ in distinctione prima illius quæstionis, in Tractatu de pœnitentia, in canonibus, qui incipiunt, Homicidiorū &c. Aliud exemplū: de pœnitētia. distinctione 5. oportet enim de pœnitent. distinctione 7. ca. 1. intellige ut prius. & specialiter ultimū. i. in tractatu de pœnitentia. distinct. 7. & ultima istius tractatus, in ca. 1. huius distinctionis. Et sic quando allegatur ca. 1. 2. uel 3. non ponitur principiū capituli uel canonis &c.

De tertia parte Decreti pone exemplum: ubi allegatur hoc modo: de const. distinct. 1. nocte sancta. c. missas. &c. omnis Christianus. Quod ita breuiatum sic intelligitur, id est, in ultima parte decreti, quæ intitulatur, De consecratione, in prima dist. illius partis, in canonibus qui incipiunt, Nocte sancta. &c. Item aliud exemplum: de cons. dist. 2. in cœna: & cap. liquido. de cons. dist. 5. non mediocriter. ne tales. &c. nusquam, id est, de consecratione, distinctione secunda & quinta, in capitulis incipientibus, In cœna, Liquido, &, Non mediocriter &c. Non debet autem in tertia parte decreti ultra quintam distinctionem allegari, sicut nec in secunda parte ultra septimam: & in prima parte non ultra centesimam primā: quia nulla partium plures habet distinctiones. Ideo ultrà allegās notaretur tanquam imperitus errare. Et quia in qua-

qualibet parte Decreti sunt distinctiones, nota differentiam in allegando. Nam quando allegatur distinctio absolutè cum numero sine addito alterius determinationis: ut dicendo, dist. 1.2.3.4. & 5. &c. tunc quærendum est in prima parte Decreti ubi sunt centum & una distinctiones. Quando autem allegatur distinctio cum addito de pœnitentia: ut sic, de pœnit. dist. 1.2.3. &c. tunc quæri debet in secūda parte Decreti, in causa 33. & quæst. 3. illius causæ, ubi ponitur tractatus de pœnitentia, qui habet 6. distinctiones: ultra quas non allegabis ibi, si uelis Iurista uideri. Sed si allegatur distinct. cum addito tali, de consecratione: ut sic, de consecrat. distinct. 1.2. uel 3. &c. tūc quæratur in tertia parte decreti, ubi sunt tantum quinque distinctiones: nec etiam plures allegabis, aliàs te ostendes Iuris ignarum. Et sic in omnibus his tribus partibus Decreti allegatur constitutio cum quota sequente: ut sub ea differentia, quòd interdum nulla determinatio præcedit: ut in prima parte interdum præcedit: & hoc dupliciter. Aut præcedit de pœn. in secunda parte Decreti. Aut de consecratione: ut in tertia parte Decreti. Itē in secunda parte allegatur quota causæ tacendo illud nomen causa, sed subintelligendo, & sic etiam in fœminino genere adiectiuum numerale substantiatur, includendo suum substantiuum: ut prima, secun-

secunda, tertia, quarta &c. subaudi causa: deinde substantiuũ, quæstio, cum suo adiectiuo expreßè ponitur: scilicet quæstione prima, secunda, tertia, quarta &c. Postea initiũ Canonis: *ut* Omnis, Ponderet, Nónne, Legimus, &c. *Etiam quandoq; per paragraphos allegatur, omißo nomine capituli, et subiungitur principiũ paragraphi: ut 2. q. 6. §. biduum.* Et *frequenter quando allegatur capitulum non est opus allegare paragraphum, & è conuerso. Si uerò capitulum est longũ, dicatur in princ. med. uel fi. aut circa princ. med. uel fi. ubi authoritas uel textus allegatus habetur* . Finaliter: Dilige Decretum, *si gliscis canonicari:* Distinguit, causat, pœnitet, & consecrat. Et tantum de primo libro.

Decretales. SECVNDVS *liber* Iuris Canonici, *qui* Decretales *nominatur, à* Gregorio Papa 9. *cõpositus est, qui in unã cõpilationem redigi procurauit per magistrũ* Reymundũ *suum capellanũ, diuersas decretales epistolas prædecessorum suorũ corrigens & concordans, & hoc circa annũ* Dom. *millesimũ ducentesimũ* 31. *Et sic penè annis* 38. *post compilationẽ* Decreti, Decretales *in hanc formam redactæ fuêre.* Nã *post hoc sub anno* Dom. M. CCXLVI. *Concilium* Lugdunense *fuit celebratum ab* Innocentio *Papa.* 4. *anno sui* Pontificatus 2. *in quo multas edidit constitutiones, quas etiam suo tempore*

pore super Decretales conscripsit. Et iste liber Decretales uocatus diuiditur in quinq; libros partiales. Quorum quilibet ulterius subdiuiditur in multos titulos uel rubricas: & tituli in capitula, & capitula in paragraphos, & hi interdũ in uersiculos. Primus autem liber partialis Decretalium tractat de personis ecclesiasticis, & ecclesiæ ministris, & de eorum officijs, & quomodo tales creandi & ordinandi sint. Et continet titulos 43. Secundus liber Decretalium est de Iudicijs, & de requisitis in Iudicio, & habet 30. titulos. Tertius est de uita & honestate clericorum, & rebus eorum, & rebus ecclesiarum. & habet titulos 50. Quartus de Sponsalibus & matrimonijs, & de cæteris his annexis, & continet 21. titulos. Quintus & ultimus liber partialis Decretalium est de Accusationibus, de criminibus, & de diuersis pœnis pro ipsis infligendis. et continet titulos 41. Omnibus ergo computatis totalis liber Decretalium habet titulos uel rubricas ducentas minus quindecim, hoc est, cẽtum & octoginta quinque. De quibus prædictis nota hos uersus.

Pars prior officia creat, ecclesiæq; ministros.
Altera dat testes, & cætera iudiciorum.
Tertia de rebus & uita presbyterorum.
Quarta docet quales sint ritus coniugiorum.
Quintaq; de uitijs & pœnis tractat eorum.

Vel sic breuius:

Iudex, iudicium, clerus, sponsalia, crimen:
Hæc tibi designant, quid quæq; uolumina signant.
¶De numero titulorum uersus nota sequentes,
Bis septem demptis simul uno sexto ducentos.

qui tituli ponentur infrà prosaicè & metricè. Nũc sumantur exẽpla ex Decretalibus, ubi sic allegatur, de summa Trinitate & fide catholica. dãnamus. hoc ita breuiari solet, de sum. tri. & fide ca. dãnamus. Aliud exẽplum, de electione et electi potestate. cũ in cunctis, hoc ita breuiari solet. de elec. cũ in cunctis. id est, in libro Decretalium, sub titulo, de electione. in capitulo quod incipit, cùm in cunctis. Aliud exẽplum, de foro cõpe. diligẽti. Aliud, de ui. & ho. cler. ut clericorũ. Aliud, qui cler. uel uouen. ma. contra. pos. cõsuluit. Aliud, de pœ. & re. omnis utriusq;. Ista exempla sic breuiata suo modo sunt explicanda. ut primum exemplum. & ita de alijs.

Sextus. ¶TERTIVM librum, qui Sextus appellatur, composuit Bonifacius papa 8. in quod Decretales epistolas suorum prædecessorum, uidelicet Gregor. 10. Inno. 4. Clement. 4. & aliorum cum suis proprijs epistolis recollegit in unum librum, quem Sextum appellauit. non sic, quòd ille cum alijs 5. partialibus libris Decretalium in unum uolumen Sextus connumeretur: sed quia liber est specialis post dictos quinque editus, supplens defectum di-

uer-

uersorum casuum emergentium in alijs non comprehensorum. Et sunt promulgatæ constitutiones libri Sexti, anno à natiuitate Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, nonis Martij, Pontificatus Bonifacij Papæ octaui, anno 4. Diuiditur autem Sextus eodem modo in quinq; libros partiales, sicut Decretales: & quilibet horum librorum in titulos: & hi per capitula & paragraphos, ut suprà: quamuis in Sexto non sint tot tituli sicut in Decretalibus, nec tot capitula in titulis. Sed ubi deficit aliquid non plenè decisum in Decretalibus, id ponitur in Sexto. Sunt nanque modo sumenda exempla de libro Sexto, ubi sic allegatur, De constitutionibus.ut animarum.libro sexto, & de rescript. statutum. §. cum uerò uer. nullus li.eo. Hos sic intelligitur: id est, in libro sexto, sub titulo de constitutionibus, in capitulo quod incipit, Vt animarum. Et sub titulo de rescriptis, in ca. quod incipit, Statutum. in §. illius cap. qui incipit, Cùm uerò. in uersi. nullus. lib. eodem. Et sciendum quòd in Sexto allegatur eodem modo ut in Decretalibus, hoc solùm mutato, quòd in Sexto alleganda semper in fine additur libro sexto, propter differentias librorum, quia omnes rubricæ Sexti sunt etiam in Decretalibus. Debet ergo ad rubricam post capitulum addi, libro sexto, ut sciatur esse in Sexto. Quòd si non additur, quæritur cap.

allegatũ in Decretalibus: & sic errare cõtingeret ex omissione huius additionis, lib. 6. quia capitulũ allegatũ in 6. non inueniretur in Decretalibus. Alia plura possunt exempla sumi, ut de iudic. mulieres. §. cæterum. et c. seq. lib. 6. de cler. coniug. c. unico. §. in cæteris aũt. eod. lib. de conces. præbend. detestãda. lib. 6. de cẽsi. quanquã. cod. lib. quæ sunt declaranda suo modo ut suprà. Et tantũ de 3. libro.

Clementinæ.

¶ QVARTVM librum iuris canonici, qui Clementinæ dicitur, subaudiendo constitutiones, incepit & edidit Clemens Papa 5. sub anno Domini millesimo trecentesimo decimo, in concilio Viennensi, quod sex mensibus tantùm durauit: sed ipse Clemens morte præuentus, ad publicum non perduxit, sed post eum Io. Papa 22. compleuit, correxit: in quibusdam mutauit, & executioni demandauit. Quæ constitutiones ita collectæ dicuntur Clementinæ, à Clemente 5. & fuerunt promulgatæ anno Domini millesimo trecentesimo sexto. 4. Calend. Nouembris. De quo uide glo. in procemio Clementinarum, in uer. Nouembris. & in uerbo Pontificatus. Et secundum Ioan. And. in procemio huius libri male dicunt illi qui allegant librum septimum: quia dictæ constitutiones non sunt connumeratæ sub nomine libri, sed debent intitulari Clementinæ, ut suprà dictum est. Et diuiduntur Clementinæ eodem modo in quinque libros,

bros, iuxta materiam istius uersus: Iudex, iudicium, clerus sponsalia, crimen. de qua tractant, sicut Decretales & Sextus: licet pauciores contineant titulos, & tituli pauciora capitula, in quos & quæ rursum diuiduntur. Sunt autem exempla taliter in his accipienda, ubi sic allegatur: de hæreticis. ad nostrum. in Clementinis. hoc sic breuiatur: de hære. ad nostrum. in cle. 1. in constitut. Clementinis, sub titulo de hæreticis & Manichæis, in capitulo quod incipit, Ad nostrum. Aliud exemplum de reliq. & uen. sanct. si dominum. in Clemē. id est, de reliquijs & uener. sanct. in capitulo, Si dominū. in Clementinis. & sic de alijs. Nam hic allegatur per omnia sicut in Decretalibus: solum eo dempto, quòd additur hic in Clement. sicut in Sexto additur, libro sexto, propter rationem ibi dictam. Et potest hæc additio præmitti: ut sic allegando, Clemen. pastoralis. §. rursus in fi. id est, in Clementinis, in capitulo, Pastoralis. §. rursus. in fine illius paragraphi, ubi dicitur: Qui falcem mittit in messem alterius, perperam agit. Et hæc de allegationibus & exemplis Iuris Canonici quo ad quatuor libros sufficiant. ¶ Et ut dicti libri cognoscantur, sciendum quòd Decretum sic incipit, Humanum genus duobus regitur, naturali uidelicet iure, & moribus. Decretales incipiunt: Gregorius episcopus seruus seruorum Dei. Sextus incipit Bonifa-

 cius

eius episcopus seruus seruorum Dei. Clementinæ diuersimodè solent incipi. Quandoque sic, Ioannes episcopus seruus seruorum Dei. Quoniam nulla iuris sanctio. Quandoque sic, Clemens episcopus & c. Fidei catholicæ fundamento, & cæte. Et antequàm ueniam ad materiam Decreti, in distinctionibus & causis, & ad rubricas in Decretalibus, de libris legum & allegationibus in eis præmitto.

IVS enim Ciuile uel Imperatorium (quod Leges appellatur) traditum est nobis in multis, & generaliter in quatuor uoluminibus quæ dicuntur libri legales: ut sunt Digestum, Codex, Instituta, et Authenticum, quibus additur liber Feudorum.

Digestū. ¶PRIMVS ergo liber Iuris Ciuilis est Digestum, continens leges & statuta Romanorum. Et continet in se quinquaginta libros partiales, qui in tribus uoluminibus comprehenduntur. Primum uolumen est Digestum uetus, quod habet uigintitres libros partiales. Secundum infortiatū: & habet quatuordecim libros partiales. Tertium Digestum nouum. quod 12. habet libros partiales, quibus connumeratis erunt L. libri partiales. Et uocatur Digestum alio nomine Pandecta, nomen compositum à πᾶν, quod est totum, & participio uerbi δέχομαι, quod est capio, quasi omnia intra se comprehendens; est enim uolumen aliquod omnia

uniuer-

uniuersaliter continens. Vnde Iustinian. libros in quibus uetera iura collegit, Pandectas appellauit. Volumina illa (inquit Budæus) nihil non continentia, & ex quibus poßis, quod uelis, uelut è Cornucopia depromere, dicuntur Pandectæ: ut Pandectæ legum, quæ omne Ius complectuntur. Gellius libro 12. Tullius Tyro Ciceronis Libertus libros de uarijs ac promiscuis quæstionibus composuit, quos Græco uocabulo Pandectas, id est, promiscua & multifaria continentes, libros inscripsit, tanquam omne rerum ac doctrinarum genus continentes: ut dicitur in l. 2. C. de uete iur. eunuc. §. cùm omnia. Et iste liber Digestum est collectus ex ueteri iure, quod ab urbe Romana conditum, & à tempore Romuli usque ad tempus Iustiniani Imperatoris ferè per mille annos & trecentos confuse statutum fuit, & extendebatur in duo penè millia librorum, & decies centena millia uersuum, id est, paragraphorum uel responsorum: ut habetur in §. cum omnia præallegato. Vocatur autem hoc nomine Digestum, quia omnia decidenda ibi degeruntur & soluuntur. Scribitur etiam per duplex ff. contra morem omnium librorum legalium, cùm nulla litera f, ponitur in hoc nomine Digestum. Ideò (ut aiunt quidam) quia per duos Imperatores, quorum quiuis Fredericus nominabatur, posteà maturius ruminatum est & digestum: à quorum

Imperatorum quolibet nomine sumpta est prima litera f, &c. Alij dicunt esse arbitrarium: nec omnium rationem esse reddendam, ut in l. non omnium. ff. de leg. & senatuscon. Infortiatum autem dicitur ab in, id est ualde, & forte, quia multum fortes leges in eo sunt, uel quia dispositiones ultimarum uoluntatum in illo sunt. Vnde,

Sum liber en fortis disponens spolia mortis.
Et clausis portis me discat lector in hortis.

Vt habetur in principio Infortiati, in glossa 1. ubi etiam dicitur, De nominibus disputare relinquitur pertinacibus, secundum Tullium: & nomina magistralia sunt: ideo de eis non est disputandum. Sufficit saltem quòd attendatur, quid in libris dicatur secundum Senec. Vnde:

Qui uult seruare sanctorum singula festa,
Non poterit clarè cum Codice scire Digesta.

Et nota q. quando in Digesto ueteri, Infortiato, uel Digesto nouo allegatur aliquis textus, tunc primo ponitur nomē libri nō partialis nec Veteris, Noui, uel Infortiati: sed digesti in genere p duplex ff, postea titulus uel rubrica: deinde apponitur lex illius tituli cū sua determinatione uel numero sequenti. Et si lex est longa, ponitur §. primus, uel secundus, uel respōsum primū uel secūdū et c. Exemplum: in Digesto sic allegatur. ff. de dam. infec. l. si finita. §. si quis autē. q. ita breuiatum tantum ualet: id est,

in

in libro Digestorum, sub titulo de damno infecto. in lege, quæ incipit, Si finita. in paragrapho, si quis autem. illius legis. Aliud exemplum: ad l. R hod. de iac. l. nauis. §. cùm autem. id est, ff. ad legẽ Rhodiam de iactu. in lege, nauis, in paragrapho, cùm autem. Aliud exemplum ff. si quadrupes pauperiẽ fecisse dicat l. 1. §. cùm arietes. id est, Digestis in rubrica, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. l. 1. in paragrapho, cùm aries. Item, ff. de ui & ui ar. l. 1. §. uim ui. id est, ff. sub titulo de ui & ui armata. in l. 1. & sic de alijs.

SECVNDVS principalis liber iuris dicitur Codex, qui continet statuta, sanctiones, & diuersa præcepta Imperatorum: quamuis communiter loquendo Codex dicatur quilibet liber in se habens diuersos libros partiales. Fuerunt tamen ante tempus Iustiniani Imperatoris tres Codices, scilicet Codex Gregorianus, Hermogenianus, & Theodosianus. Ergo diuus Iustinianus uolens circa hoc adhibere remedium, direxit animum suum ad constitutiones Imperiales, & de istis tribus codicibus extrauagantibus fecit fieri unum codicem, quẽ suo felici nomine intitulauit Codicem Iustiniani: ut patet in rubrica proœmij huius libri. Et scribitur pe C. magnum, quæ est prima litera huius nominis Codex. Diuiditur autem in 12 libros partiales, quorum ultimi tres longè post primos nouem com Codex.

positi sunt, & ultimi 3. rarò leguntur à doctorib. In primis autem 9. libris Codicis allegatur suo modo sicut in ff. primò ponendo nomen libri Codicis, deinde titulum, postea legem cum suo principio uel numero. Exemplum accipe, sic allegans, C. de præscrip. 30. uel 40. anno. l. si quis. §. pe. id est, in libro Codicis, sub titulo de præscriptionibus 30. uel 40. annorum, in l. si quis. in §. penulti. Alia exempla, C. de sacr. eccles. l. sancimus. in fi. C. de trans. l. ut responsum. C. de uet. iu. enu. l. 2. §. si quid in tanta, &c. Quæ sunt omnia extensis rubricis declaranda. In ultimis tamē tribus libris hoc refert, quòd in fine allegationis (ut præmissum est) additur numerus libri: ut allegande, C. de armorū usu iuxta principem l. 1. li. 10. C. de Murilegulis & Gyneciarijs l. &c. lib. 11. C. de dignit. l. si ut proponis. li. 12. similiter de alijs. Et est magis necessarium quosdam titulos plenius scribere, quia sunt in his libris tribus ualde rari & inusitati tituli: quia non frequentantur in scholis legendo, sicut alij lib. 9. Codicis. Et uolunt aliqui dicere, quòd quando in Codice allegatur, non sit necesse addere l. dicendo sic, C. de iudi. l. properandum. sed simpliciter debeat dici, de iudi. properandum. sine hoc addito, lege: nisi esset lex 1 2. 3. uel penult. uel antepenul. Tunc enim oporteat addi, l. 1. 2. uel penul. &c. Sed siue hoc in toto seruatur, siue non, nō est

magna

magna uis. Item interdum in Codice allegatur Authentica, quæ est antiquo iuri superaddita & incorporata: ut C. de epis. & cler. Authen. generaliter. id est, in Codice sub titulo, de episcopis & clericis, in Authentica ibi incorporata, quæ incipit, Generaliter.

Authenticorum liber.

TERTIVS pricipalis liber uocatur Authenticum in numero singulari: & Authentica authenticorum, numero plurali. Et sunt Authentica quædam excerpta, quasi summula librorum suprà dictorum. Et diuiditur iste liber in nouem collationes, quarum quælibet subdiuiditur in titulos. Tituli autem subdiuiduntur non in leges, sed paragraphos. & quando ex Authentico allegatur aliquis textus, præmittitur primò nomen libri cum præpositione In, deinde ponitur titulus, postea subiungitur paragraphus cum ipsius inceptione: & in fi. ponitur quota collationis. Quamuis enim collatio naturaliter præcedit paragraphum qui in ea continetur, tamen collatio cum sua quota cõsueuit ultimo allegari, licet etiã interdum omittatur. Exemplum sumatur sic allegando. in Authe. de lenonibus, §. sancimus. collat. 3. id est, in lib. seu uolumine Authenticorũ, sub titulo de lenonib. in §. qui incipit, Sancimus. sub col. 3. Aliud exemplũ. in Authe. de triẽ. & semis. §. cõsideremus. collat. 3. in Authentico de triente et semisse. in §.

con-

positi sunt, & ultimi 3. rarò leguntur à doctorib. In primis autem 9. libris Codicis allegatur suo modo sicut in ff. primò ponendo nomen libri Codicis, deinde titulum, postea legem cum suo principio uel numero. Exemplum accipe, sic allegans, C. de præscrip. 30. uel 40. anno. l. si quis. §. pe. id est, in libro Codicis, sub titulo de præscriptionibus 30. uel 40. annorum, in l. si quis. in §. penulti. Alia exempla, C. de sacr. eccles. l. sancimus. in fi. C. de transf. l. ut responsum. C. de uet. iu. enu. l. 2. §. si quid in tanta, &c. Quæ sunt omnia extensis rubricis declaranda. In ultimis tamẽ tribus libris hoc refert, quòd in fine allegationis (ut præmissum est) additur numerus libri: ut allegande, C. de armorũ usu iuxta principem l. 1. li. 10. C. de Murilegulis & Gyneciarijs l. & c. lib. 11. C. de dignit. l. si ut proponis. li. 12. similiter de alijs. Et est magis necessarium quosdam titulos plenius scribere, quia sunt in his libris tribus ualde rari & inusitati tituli: quia non frequentantur in scholis legendo, sicut alij lib. 9. Codicis. Et uolunt aliqui dicere, quòd quando in Codice allegatur, non sit necesse addere l. dicendo sic, C. de iudi. l. properandum. sed simpliciter debeat dici, de iudi. properandum. sine hoc addito, lege: nisi esset lex 1 2. 3. uel penult. uel antepenul. Tunc enim oporteat addi, l. 1. 2. uel penul. & c. Sed siue hoc in toto seruatur, siue non, nõ est

magna

magna uis. Item interdum in Codice allegatur Authentica, quæ est antiquo iuri superaddita & incorporata: ut C. de episc. & cler. Authen. generaliter. id est, in Codice sub titulo, de episcopis & clericis, in Authentica ibi incorporata, quæ incipit, Generaliter.

TERTIVS pricipalis liber uocatur Authenticum in numero singulari: & Authentica authenticorum, numero plurali. Et sunt Authentica quædam excerpta, quasi summula librorum suprà dictorum. Et diuiditur iste liber in nouem collationes, quarum quælibet subdiuiditur in titulos. Tituli autem subdiuiduntur non in leges, sed paragraphos. & quando ex Authentico allegatur aliquis textus, præmittitur primò nomen libri cum præpositione In, deinde ponitur titulus, postea subiungitur paragraphus cum ipsius inceptione: & in fi. ponitur quota collationis. Quanuis enim collatio naturaliter præcedit paragraphum qui in ea continetur, tamen collatio cum sua quota cõsueuit ultimo allegari, licet etiã interdum omittatur. Exemplum sumatur sic allegando. in Authe. de lenonibus, §. sancimus. collat. 3. id est, in lib. seu uolumine Authenticorũ, sub titulo de lenonib. in §. qui incipit, Sancimus. sub col. 5. Aliud exemplũ. i. Autl. de triẽ. & semis. §. cõsideremus. collat. 3. in Authentico de triente et semisse. in §. Authenticorum liber.

con-

cōsideremus,&c. Item in Authe. ut diui. iuſ.ſubſcrip.ba.glo.quæ §.1.collat.8.id eſt, in hoc libro, ſub tit.ut diuinæ iußiones ſubſcriptionem habeāt glorioſißimi quæſtoris &c. Et nota differentiam inter Authenticum & Authenticam. Nā Authenticum eſt liber principalis Voluminis, de quo iam mentio facta eſt: ſed Authentica eſt Lex una uel paragraphus incorpoeatus in lib.C. & allegatur hoc modo,ſicut etiam prædictum eſt in libro C. in Auth.multo magis C.de ſacr.ſanct.eccl.&c.

Feudorū liber.

LIBER Feudorum, qui alio nomine dicitur Collatio 10.diuiditur in duos libros partiales,quorum quilibet ſubdiuiditur in titulos,& iſti in Capitula & Paragraphos. Vnde ut exemplariter dicatur,in allegatione huius libri, primò ponitur nomen libri,poſtea titulus,deinde capitulum & §.ut ſic allegando:in libro aliàs & communis, in uſib. feud.de probib,feud.alie. per Fed.c.1.§. hac edictali.Et hoc breuiatum ſic intelligitur:id eſt,in uſib.feud. (qui liber etiam Collatio decima dicitur) ſub rubrica de prohibita feudi alienatione per Federicum, in cap.1.et paragrapho allegato. Et eſt neceſſe apponere per Federicum,ad differentiam alterius tituli in eodem libro,de prohib. feud. alien.per Latharium. Poteſt etiam nomen libri ultimò ſubiungi: ut in hoc exemplo , quibus mod. feud.amitt.cap.unico.§.rur.in uſib. feud.id eſt, in ru-

rubrica, quibus modis feudum amittatur. cap. unico, in §. rursus. in usibus feudorum. Etiam interdũ allegatur collatione decima, sic breuiando, col. 10. quia iste liber post 9. collationes Authenticorum editus est. Alia possunt accipi exempla multa. De feud. mar. duc. & com. id est, de feudo marchiæ ducatus, et comitatus. De inuest. in man. fac. id est, de inuestitura in mancum facta. De milit. uasal. qui contum. est. id est, de milite uasallo, qui cõtumax est. Qual. uas. iur. deb. dom. fid. id est, qualiter uasallus iurare debeat domino fidelitatem. Et ita de omnibus alijs extendendo & abbreuiando rubricas, cum subiectione tamen cap. et §. in quo continetur authoritas, uel textus allegatus. Et tantum de libro Feudorum.

QVARTVS liber principalis dicitur Instituta uel institutiones in numero plurali. Et diuiditur in quatuor libros partiales, qui sunt introductorij in alios libros legales: imò deseruiunt etiam Canonibus, in quantum declarant significationes terminorum in iure usitatorum, qui multũ utiles sunt incipientibus, tanquam ostium in domũ, in Ius præbentes introitum. Quare consultum est omnibus, quasi modò genitis pueris et adultis lac iuris concupiscentibus per institutionum dogmata sua primaria sumere nutrimenta, ut doctrina præambula informati Iustiniani mereantur sanctionẽ Instituta

ctionẽ

ctioni securius inhærere. Quæ à Christianißimo Iu stiniano Imperatore regulariter deriuata omnium Imperatorũ authoritate iubet, uetat, uindicat, punit, atque permittit. Nullus ergo tam præsumptuosus existat, quod sine Institutionum doctrinis ad iurium, & maximè ciuilium sublimitates conscendere attentet: quoniam ex alto irremeabiliter corruunt, qui uolare satagunt anteq̃ pennas assumãt. Fuit autem hic liber de mandato Iustiniani Imperatoris (qui etiam Digestum cõposuit) editus, post Digestum, & post primam compositionem Codicis: ante tamen secundi Codicis, quẽ nunc habemus, compilationem, per magnificum magistrum Tribonianum Quæstorem sacri palatij sui cum Theophilo & Dorotheo uiris illustribus, ut in principio Institutionum dicitur. Et huiusmodi libri partiales subdiuiduntur ulterius in titulos, & hi in paragraphos, non in leges nec in capitula: & paragraphi interdum quando longi sunt, in uersiculos. In allegationibus autẽ huius libri talis modus obseruatur, quòd primò liber nominatur, postea rubrica, deinde paragraphus cum uersiculo. Exempli gratia, Inst. de iustit. & iur. §. 1. id est, in libro Institutionum, sub rub. de iustitia & iure. in §. primo illius rubricæ. Aliud, Institut. de iur. nat. gent. & ciuil. §. sed quoties. id est, Institutionibus, de iure naturali gentium & ciuil. paragrapho alleg-

legato. Item Instit. de hæred. instit. §. hæreditas, id est, hæredibus instituendis. paragrapho qui incipit hæreditas. & sic de alijs exemplis accipiendum est. Et hæc de nominibus, diuisionibus, & exemplis ipsorum librorum legalium pro nunc sufficiant.

Vt tamen plenius noscantur hi libri, nota quòd Digestum uetus sic incipit, Iuri operam daturum prius nosse oportet, unde nomen Iuris descendat. Et primus titulus est, de iustitia, & Iure. Infortiatum uerò sic incipit, Dotis causa semper & ubiq; est præcipua. Et primus titulus est, Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur. Sed Digestum Nouū incipit, Hoc edicto permittitur, ut siue iure siue iniuria fieret opus, per nunciationem inhiberetur. Et est primus titulus, De noui operis nūciatione. Codex incipit, Imperator cunctos populos. Et prima rubrica est, De summa trinit. & fide cathol. Præmittitur etiam procemium, Hæc quæ necessario. Authenticum incipit, Occupatis nobis circa totius Reipub. curas. Et est prima rubrica, Si hæres soluere legatum noluerit. Decima collatio, quæ etiam liber de Vsibus feudorum dicitur, sic incipit, Quia de feudo tractaturi sumus, uideamus primò, qui feudum dare possunt. Et prima rubrica est, De his, qui feudum dare possunt. Et qualiter acquiratur et retineatur. Institutiões uerò sic

incipiunt. Imperatoriam maiestatem nõ solùm armis decoratã, sed etiã legib. oportet esse armatã.

Notandum etiam est, quòd quidam liber paruum Volumen appellatus est, continens in aliquos prædictorum librorum totalium, & aliquos partialium: uidelicet Authentica, Vsus feudorum, & tres ultimos libros Codicis, scilicet 10. 11. & 12. qui rarò legi consueuerunt, et titulos habent plerosq; rarißimos.

PRæmißis itaq; nominibus & diuisionibus librorum utriusque iuris cum modis allegandi in ipsis: nunc pro breuiaturis glossarum legendis subiungam quoddam alphabetum, in quo communiores saltem abbreuiaturæ textuum & glossarum Iuris continebuntur: quod sic incipit:

A uel B. etc. Quæcunq; literarum alphabeti posita sola in textibus iuris maximè decret. signat nomen proprium uiri uel mulieris: ut Arnoldus, Bernardus, et sic de alijs: ut de testi. ex parte A. id est, Adæ, et sic de alijs.

Ab. id est, Abbas: scilicet Lapus uel de Castelliano

Ac. uel Accur. id est, Accursius glossator in legibus. Hic duos habuit filios: unus uocabatur Franscíscus Accursij, ualens doctor, qui glossis patris sui multas fecit additiones. Alius nomine Ceruotus, qui fecit etiam additiones, quæ dicurtur Ceruotinæ, modicum tamen ualens.

ualentes: quarum una ponitur C. de eden. in l. i.
Et sic filius potest in iure patrem reprehēdere, ut ff. de condi. ob cauſ. in moribus ſecus: licet poßit dari tutor patri furioſo.

Al. uel Alb. id eſt, Albertus doctor, uel Albericus.

Ala. id eſt, Alanus.

Ap. ſe. le. id eſt, Apoſtolicæ ſedis legatus.

Ap. re. id eſt, appellatione remota.

Ap. ob. re. id eſt, appellationis obſtaculo remoto.

Ant. de. But. id eſt, Antonius de Butrio.

Ar. uel arg. id eſt argumentum.

Arch. id eſt, Archidiaconus magiſter Ioan. Andreæ, qui gloſſauit etiam Sextum, & ſcripſit Roſarium ſuper Decreto.

Ad no. præ. id eſt, ad noſtram præſentiam.

Aut. uel Authen. id eſt, Authenticum liber, uel Authentica lex incorporata.

Az. id eſt, Azo. qui fecit Summam unam in legibus, ex qua ſumunt examinandi cōtinuationes rubricarum.

Bern. Ber. B. id eſt, Bernardus gloſſator Decretalium.

Ista docet præsul,quòd debet sobrius esse.
Adstruit hæc prudens,quòd debeat esse sacrandus,
Hæc prohibet legere gentilia metra satyræ.
Scripturas sacras sacrandus scire iubetur.
Admonet hæc illum, qui non extrinseca nouit,
Nisi sit ornatus,hic non admittitur ipse.
Conuenit esse modum gressus,uerbiq; cibiq;,
Tutius est ipsi,si sit cunctis bonus hospes,

In

In factis, uerbis hunc condecet esse pudicum.
Gloria pontificis est, ut procul ingluuies sit.
Expedit ut non sit percussor quisq; sacerdos.
Respuit hæc hominem distinctio litigiosum.
Mittit in interitum cupidos: hæc fœnus abhorrēs.
Abijcitur sacrandus in hac si sit neophytus.
Non uenit ad clerum, qui corpus habet uitiosum.
Alias miseretur. Iudicat hæc primò grauiter, sed pòst moderatur.
Sacrari uetat hæc omnes, quos curia stringit.
Præpositus primò datur hic præposterus ordo.
Idcirco uetat hos: quia sæpius hi repetuntur.
Reijcit hæc seruos sine libertate sacrandos.
Eijcit abscissos, & corporibus uiciatos.
Condemnatur in hac generatio presbyterorum.
Hic baptizatus prohibetur, si fuit æger.
Hæc uetat abbate monachos nolente sacrari.
Officium negat hæc, nisi sit bene quisq; probatus.
Nullus erit præsul, nisi quem sacer ordo decorat.
Indigni laici iubet hæc ne pontifices sint.
Cler⁹, plebs, prīceps: hic elegit, hæc petit, hic uult.
Vsurpans laicus id, ut eligat, audiat istam.
Sed docet hæc per quid tribuatur præsulis ordo.
Cùm dissensio sit, à pluribus edita stabunt.
Vt sacretur ab omnibus archiepiscopus, hæc uult.
Instituiq; iubet à præside presbyteros hæc.
Vult hæc sacrari, si cui dubius fuit ordo.
Si uult hoc præsul, lectores condiat abbas.

Eccle-

Ecclesiæ tituló ue carens non promoueatur.
Respice dicta patrum, ne promoueas alienum.
Abnuit hæc recipi, cui dimissoria non est.
Tutè susceperis, quem sic formata tuetur.
Punit maiores, dum promouet inferiores.
Distinguit tempus hæc, in quo promoueantur.
Tempora dinstinguit, & in his ieiunia ponit.
Rectos indicat hæc modulos interstitiorum.
Ista dat annorum numerum, quo promoueantur.
A quibus ipsa patris electio debeat esse.
Sed loca põtificis docet hæc & presbyterorum.
Crimine quo careat sacrandus, in hac replicatur.
Hæc dat pauperibus, lapsosq; docet reparare.
Vt nec consensum det peccatis alienis.
Sollicitus sit episcopus oppressos releuare.
Congruit ut præsul primùm ferat hospiti curam.
Incautum largum uetat hæc, uenantibus obstat.
Hac datur impensa uiduas inopesq; tueri.
Respuitur clerus, si non pius aut cupidus sit.
Istic lit regula hæc, & quòd bene præpositus sit.
Ex hac sacrari prohibentur litigiosi.
Tutius arte petat, nisi sit satis ecclesiæ res.
Hæc plus corde probat domino, q̃ uoce canendum.
Hæc dat obedire maioribus inferiores.
Non negat ista suas mandare uices patriarcham.
Sed non omnino uetat ista tacere minores.
Vt seculi princeps non ordinet ecclesiæ res.

Vrbs

Vrbs non signatos apices non uult neq; mittit.
Est ius muniri peregrinum quinq; sigillis.
Vniuersalem nullum sinit ista uocari.
Ista uetat ne qui celebrent nisi pallia dentur.
Moribus indecori, non pallio sunt decorandi.
Absit ut una duos habeat prouincia patres.
Sensum uersibus ijs dat causæ quæstio quæuis.
Damnat ementes specialia gratia Christi.
Ingressum uendens uel emens perdit ecclesiarum.
Si pro præbendis dederis quid, Simon haberis.
Criminis ignorans fiet reus ille paterni.
Ecclesiam reddit ista uix, quòd ordine præstet.
Rursus promotos abscidit ius promouendos.
Ecclesia pax plena sibi cleriq; negatur.
Causa patēs cùm sit cunctis nō quæritur ordo.
Ad ius uel synodum nullus trahat expoliatum.
Vim talem subeat, qualem fecisse uolebat.
Ad testesq; duos præsul conuincitur aptos.
Si cadit accusans, non cogitur reus ultrà.
Respuitur iure uox dilatoria si sit.
Vir bonus accusat quemuis, licet inferior sit.
Mandato legis datur accusatio scriptis.
Quod plenè restitui debeat, ius edocet omne.
Vtitur indicijs quanto fuit expoliatus.
Apertè tractatur quamuis inducia detur.
Restat ut infamis & homo sine lege tacens sit.
Vox inimica domestica non obest alieno.

Mitti uel duci non debet ad exteriores.
Liber ab hac non stat simul quē sua culpa remorā
Iudex auditor non fiat præsulis unus. (det.
Iudicio nullus unquam damnabitur absens.
Exigitur ne quis in quo cadit, hoc repetatur.
Torquet in actorem sibi uox obiecta reatum.
Omnis anathema nec agat, nec testificetur.
Ritè tacet quiuis minor illum si tenet ætas.
Dum nequis agere, nequeas & testificari.
Ius statuit, ne sit quis unquam testis & actor.
Nunquam damnetur quis cùm non possit adesse.
Dat ius quod quis agat pro se ciuilia tantùm.
Mittit famosum neglecta probatio flagris.
Est accusandus semel & bis: terq; uocandus.
Nemo procuret crimen, ciuilia curet.
Baiula iuris habet, ut synodalia fiant.
Reuera malus est, mala cuius qui malè pandit.
Aut caput aut lingua delatori capuletur.
Omnes infames taceant, aut crimine tanti
Præsulis obiecta, nisi uera proles reprobaris.
Iudicium expetere nunquam debes alienum.
Altera adesse potest, si sit prouincia discors.
Si cadit accusans, non cogetur reus ultrà.
Est qui dum uiuit nemo sibi substituendus.
Tutus semper erit hic qui se dante recepit.
Dat ius ne statuat, successorem sibi præsul.
Nullus amicorum mihi prosit ut eligat unus.

Electus cùm sim, præstatur cautio damni.
Est secum standum, sententia ni uetat ipsum.
Ordinis est, ne quis unquam redeat sine scriptis.
Si quis anathemia statuit, uirtute carebit.
Iudicis, & alterius nullus est ordo petendus.
Curent primates bene sua, non aliena.
Non dubites dotem cum basilica retinendam.
Ordinet & seruet, dispenset, non alienet:
Nil præterquam duos præsumat sumere soldos.
Iudicet ut laicus, clerum non attrahat ullus.
Iudicium secli, sequitur suspensio cleri.
Seu bona, seu mala sit sententia, dico tenendam.
Dico q; proprium poterit quid clerus habere.
Ecclesiæ si res uendis, uel emis, sibi reddas.
Si dare uis, & des, dare non potes ecclesiæ res.
Ex re communi quæsitis utimur æquè.
Si fortasse uoles testari, de proprio des.
Ecclesiæ baptismali dandæ decimæ sunt.
Tēpora longa trahunt ius funeris & decimarum.
Ius est, ne q̃s plus repetat, quàm debeat alter.
Non nisi ciuili re frater testis habetur.
Tale quid exercens, non debet clericus esse.
Si tulerit plus quàm dederit, iam fœnus habetur.
Ex malè quæsitis eleemosyna non fit egenis.
Si malè parta tenet, dignè non pœnitet ullus.
In furia non pœna datur, cùm pœna notatur,
Nec retinere licet, quæ sunt promissa patrono.

Solùm

Solùm uoce nequit condemnari mulieris.
Tali die domini placitum non debet haberi.
Atq; probatur, in hac probatio danda neganti.
Nec confeßio ſit, nec iuramenta coacta.
Tollere non poterit, quem cõfert ſolus honorem.
In grauibus ſi ſit deuictus, eijciatur.
Dentur in hac monachi paſtores eccleſiarum.
Abbas eccleſiam, præſul debet dare curam.
Hic legitur quòd ius, & rem præſcriptio tollit.
Quadragenis domibus præſcriptio religioſis.
Tales ſi teneant ius, non tamen ergo gubernent.
Vſurpans ſine iudicio, rem decidet à re.
Reſpuit à laicis ius eccleſias retineri.
Quæritur an liceat, cordis dimittere uotum.
Vt ſua Gonſaldus teneat, quæ dederat æger.
Omne monaſterio remanebit, nec redit ille.
Dum redit illicitè, quæ contulit, illa manebunt.
Terminat hæc apud alumnũ ſynodale ſtatutũ,
Vt non Abbates à præſule conſtituantur.
Vt præſul clerum non impediat monachandum.
Ipſo nolente, tamen non ſuſcipit alter.
Sed iam Canonicos canon prohibet monachari.
Quẽ pater offert, ſi placet, exit cũ ſit adultus
Viſam mox ueſtem, ſi non pater abdicat, hic ſtet.
Offert inuitum, nec ſeruat relligionem.
Et ſi fortè placet, monacho tranſire licebit.
Prima ſit ex titulo: ſit commendata ſecunda.

Ecclesiam renui uetat hæc, aliaq; cupiri.
Tertia ne liceat tractare negotia secli.
In clara ueste prohibetur clericus esse.
Examen proprium fugiens, sine spe graduum sit.
Iuramenta licet homini dare quando necesse.
Si sic esse putat, ut ait, non peierat ipse.
Taliter exemplo, quod obediat ipse probatur.
Vota promissa mutentur, turpia si sint.
Dum periurare cupis, periurus haberis.
Ex iusta causa multis licet arma mouere.
Fit bellum iustum, si pro rebus repetendis.
Fas est quando quidem socio succurritur armis.
Inferriq; docet uindictam quæstio quarta.
Cùm sit ad hoc positus, ut puniat ille meretur.
Iura iubent homines peruersos ad bona cogi.
Ecclesiæ rebus sint hæretici spoliandi.
Tandem de clero nulli licet arma mouere.
Si quis es hæreticus, tua sit sententia nulla.
Interdum mali post mortem corripiuntur.
Crimine prædonum non damnetur domus eius.
Tuta sit Ecclesia, quam lex priuata tuetur.
Et si subsequitur lex altera, derogat illi.
Mentem diuinam rimantes, sortilegi sunt.
Vita non uiuunt, qui peccant ista tenentes.
Nomina, materiam, quæ per primordia sumpsit.
In quatuor disces ista, si fortè requiris.
Tales, ni cessent, communio tollitur ipsis.
Vinctum pontificis, non solues tu moriturum.

Morte facit pœnas, noli proponere quantum.
Si sit solenne, dirimit connubia uotum.
Sponsa ligat sponsum, propriè nō est tamen uxor.
Soluit disparitas cultus connubia quæq;.
Iungitur hic alij, si respuit illa manere.
Testatur bigamum sacer Augustinus eundem.
Viros coniugij personæ dissipat error.
Tantum conditio poterit, si uilior erit.
Nam contracta prius non soluit fœdera, sed post.
Parui contrahere nequeunt sponsalia iure.
Spiritalis naturali non societur.
Vxorisq; suæ cognatæ non societur.
Mandatur clandestina ne connubia fiant.
Pollutam uetat hæc in mortem fraude parentem.
Si datur inuita, pòst quando placet reddit illam.
Vt nulli nubat, nisi patris sponsio fiat.
Ducere lex prohibet in coniugio meretrices.
Obstat coniugio sacro complenda libido.
Cùm liber sit animus, nō spōdeat hanc pater eius.
Tangere ne liceat aliam, quàm stirps sibi fiat.
Reuera sine mente caro nunquam uiolatur.
In simili lapsu, non hanc dimittet adulter.
Nullam, dum uiuit hæc, hic pro coniuge ducat.
Alter non peccet, quo damnetur minus alter.
Frigidus est, alij tunc non sociabitur ulli.
Vir non abijciat sine iudicio mulierem.
Tertia si credis, purgat confessio crimen.

Purgat ſecretum cordis contritio crimen.
Et profectò ſemel, dilectio non cadit unquam.
Nemo ſemel ſi pœnituit, bene pœnitet ultrà.
Iſta probat dimiſſa ſemel peccata teneri.
Magna cautela, quiuis penſare tenetur.
Debeat eſſe gemens, & qualis uulnera purgans.
Omnes baptiſmi maculas quo tegere poßit.
Dum tamen in uita, poſt mortem ducere uitam.
Vt uir non oret, uxor ſi debita quærit.
Mens utriuſq; niſi ſit, non bene continet alter.
Tuta manet, uiuente uiro, quæ neſcia nupſit.
Vult Leo, ſi uenit hic, redit hæc, retinésq; priorẽ.
Cognatam propriam nemo pro coniuge ducat.
Omnes uxoris conſanguineos reprobabis.
Nunc ſeptenorum graduum diſtinguitur ordo.
Vtq; ſtatus hominis, ſi eſt generatio quarta.
Trũcus ponitur hic cum ramis, ut docet author.
In teſtes recipi monſtrat tibi ſexta parentes.
Tangitur hic, quòd non inceſtu gignitur hæres.
Vtitur hæc, in quo diſpenſandum licitum ſit.
Aut ſi fraus ſubeat, cogetur illa reuerti.
Suſceptam ſobolem uetat affini ſociandam.
Tùnc raptus fiet, cùm ui deducitur illa.
Coniungetur ei purgatio crimine raptus.

Conſecrat eccleſias domini diſtinctio prima.
Panis ſacrati fert ſacramenta ſecunda.
Tertia dat ferias, nobis ieiunia ſubdit.

Baptiſ-

Baptiſmaq; docet, tempus diſtinctio quarta.
Confirmat, ſacrat, officijs ieiunia laudat.
Pneumate donato, concludit fine beato.

Explicit Decretum uerſificatum.

Sed quia Decreti rubricas nimis eſſet faſtidioſum enumerare, propter maximam multitudinem: ne tamen naturam eius præteream, uerſus ſubiunxi totam materiam Decreti ſignificantes in genere de qualibet diſtinctione, & omnibus quæſtionibus cunctarum cauſarum

Liber Decretorũ diſtinctus eſt in tres partes, quarum prima uocatur Diſtinctiones, & huiuſmodi ſunt centum & una. In primis duabus diſtinctionib. tractat magiſter Gratianus de iure, ponendo iuris diuiſionẽ, ſubdiuiſiones, diuerſarũ ſpecierum differentias & conuenientias. In tertia, qd ſit canon, quid priuilegium, & quid officiũ legum. In quarta, quare leges factæ ſint, & quales eſſe debeant, & quando ex eis, uel ſecundum eas ſit iudicandum, ac de Quadrageſimali obſeruatione. In quinta, de muliere enixa uel menſtruoſa. In ſexta, de multiplici genere illuſionum. In ſeptima, de cõditoribus legum. In 8. quòd ueritati & rationi ſit conſuetudo poſtponenda. In 9. quòd tribunalia regum ſacerdotali ſunt poteſtati ſubdita, & q̃ pontifices & reges ſeſe indigent. In 10. quibus legibus imperatorum ſit obtemperandũ, & quòd men

dacia scriptorum non sunt admissa Canonibus, & si quando inueniantur, sunt corrigenda in opuscu- lis tractatuū. in 11. quòd usus & consuetudo legē & canonem non uincant: & quæ con. ob. in 12. de consuetudine & more: & quem quisq; modum psallendi debet tenere. in 13. quòd minus malū est eligendum. in. 14. quòd non sunt aliqua cōmitten- da delicta à nobis, ne alij grauiora committant, et quæ conscientias ualeant temperare. in 15 distin- ctione, quo tempore generalia concilia cœperunt: & quorum patrum recipiuntur opuscula. in 16. distinctione, qui synodi uel concilia roborētur au- thoritate Rom. pont. in 17. quòd absq; authori- tate Romani pontificis synodus non debet congre gari. in 18. de pœna eorū qui synodo adesse cō- temnunt de authoritate Romanæ sedis. in 19. de authoritate Decretalium epistolarū & apostoli- carum sanctionū. in 20 distinctione magister in- cipit agere de ministris ecclesiæ. in 21. de diuersis ordinibus & gradibus ministrorū. in 22. de di- gnitate Rom. ecclesiæ & quorundam librorū. in 23. de ordine ministrorum, incipiens à Rom. pon. tifice descendendo per singulos gradus usq; ad o- stiarium. in 24. de examinatione ordinandorum. in 25. de officijs clericorū, incipiens ab ostiario, et ascendendo usq; ad episcopalem dignitatem, scili- cet archiprimicerij & thesaurarij, circa medium

illius

illius distinctionis. Nunc autem magister Gratianus incipit declarare illas 20. pœnas & peccata regulæ apostolicæ, quas enumerat Apostolus in epist. ad Titum, & ad Timotheum. Et persequitur in eadem distinctione. Oportet Episcopũ & quẽlibet ad sacros ordines promouendum esse sine crimine, supple notabili. In 26. magister determinat de illa clausula regulæ apostolicæ prædi. unius uxoris uirum, continuando deinceps de continentia clericorum, usq; ad trigesimam quartã distinctionem. In 35. determinat illã clausulam regulæ apostolicæ, sobrium: cuius tamen partem reseruat usque ad 44. distin. in 36. distinctione, prudentem. & illam prosequitur in tribus distinctionibus immediatè sequentibus. In 40. & 41. distinctione illud, ornatum doctorem. in 42. illud, hospitalem. in 43. pudicum & doctorem. in 44. illud, non uinolentum, quod est pars illius quod dictum est superius distinct. 35. sobrium. in 45. illud, non percussorem. in 46. illud, non esse litigiosum. in 47 illud, non cupidum, domus suæ bene præpositum. in 48. illud, non neophytum. in 49. magister breuiter recapitulat præcepta regulæ apostolicæ prædictæ. in 50. magister agit de lapsu & reparatione clericorum. in 51. de curialibus ordinandis uel nõ. in 52. de præposteratione sacrorum ordinum. in 53. de curijs annexis recipiendis

in clericũ uel monasterium. In 54. de seruis & manumißis. In 55. de corpore uiciatis, bigamis, illiteratis, publicè pœnitentibus ordinandis uel non. In 56. de filijs presbyterorum & natis de fornicatione & adulterio. In 57. de baptizatis in ægritudine non ordinandis. In 58. de monachis non ordinandis sine licentia sui abbatis. In 59. de laicis literatis non subitò ordinandis. In 60. de electione personarum ecclesiæ. & in tribus sequentibus. In 64. & 65. de consecratione episcopi. In 66. de promotione archiepiscopi. In 67. de ordinatione presbyterorũ. In 68. de ordinatione non iteranda, & de coepiscopis. In 69. de non ordinatis ne in ecclesia ministrent. in 70. ne aliquis ordinetur sine titu. in 71. ne aliquis ordinetur à non suo episcopo. in 72. ne aliquis ignotus sine literis cõmendatitijs recipatur. in 73. qualiter cõmendatoria uel dimissoria, uel formata sit faciẽda. in 74. de clericis inuitis non ordinandis. in 75. de tempore & die cõsecrationis episcoporum, nec non de temporibus ordinandorum aliorum clericorũ. in 76. de ieiunijs & quatuor temporibus. in 77. et 78. de ætate ordinandorũ. in 79. repetit de ordinatiõe summi pontificis. in 80. in quibus locis sunt ordinandi episcopi uel archiepiscopi. in 81. et alijs sequentib. repetit quædã de præceptis regulæ apostolicæ, & maximè de cõtinentia clericorum. in 90. de

licitis & honestis operibus clericorum. In 91. de modo cantandi in ecclesia, & electi potestate. In 92. de obedientia minorum erga maiores. In 93. de legato Romani pontificis, & præsentationibus archidiaconorum. In 94. de excessionibus presbyterorum & episcoporum. In 95. & 96. de distinctis potestatibus secularibus & ecclesiasticis. In 97. repetit de ignotis non ordinandis. In 98. & alijs sequentibus tractat de authoritate archiepiscoporū & primatum, & usu pallij. In ultima distinctione dicitur de una prouincia, ne in duas partes diuidatur sine principis authoritate.

SEcunda pars Decreti dicitur Causæ: eò quòd distincta sit per causas 36. In singulis aūt causis apponit magister Gratianus plures quæstiones, in qualibet illarum allegans pro utraq; parte. tandem definitiuam sententiam subiungens, ut per hoc rationes certorum iudiciorum instruat. In prima igitur causa dicit de simoniacis, quæ continet in se septem quæstiones. In prima quæritur utrum emere spiritalia sit peccatum. Solutio, sic. In secunda quæritur, utrum pro ingressu ecclesiæ uel monasterij sit pecunia exigenda uel persoluenda. Solutio, non. & huiusmodi negatiua est uera. In tertia quæritur, utrum stipendia ecclesiæ emere sit simonia. Solutio, sic. In quarta, utrum ille sit reus criminis, cuius pater illo ignorante simoniam commisit. Solu

tio,

lutio, ignorantia facti, non iuris excusat eum. In 5. utrum liceat ea retinere, quæ pater filio simoniacè acquisiuit. Solutio, de rigore iuris non: sed de misericordia secus est. In 6. utrum ordinati à simoniacis ignoranter sint abijciendi uel non. Solutio, probata iusta ignorantiam misericorditer tollerantur. In 7. utrum renuncians hæresi sit recipiendus in dignitate episcopali. Solutio, de iuris rigore deponitur, sed ex dispensatione sustinetur.

¶ Secunda causa, & quatuor quæ sequuntur agunt de ordine iudiciario. In qua sunt octo quæstiones. In prima quæritur, utrum in manifestis sit ordo iudiciarius requirendus. Solutio, sic, nisi sit notoria. ca. de manifesta. In 2. utrum spoliatus ab aliquo sit iudicandus. Solu. non ante restitutionem. ca. nullus. In 3. qua pœna sunt feriendi, qui in accusatione defecerint. Solu. talionis. ca. calumniator. c. cau. & q. In 4. si accusatore deficiente reus sit cogendus ad purgationem. Solu. non. nisi infamia publica laboret, ut hic per totum. In 5. an duorum testimonio episcopus sit condemnandus. Solu. sic. ca. presbyter. In 6. quo remedio causæ subueniatur, uel causa subleuetur. Solu. per appellationem ante sententiam uel post. ca. biduum. In 7. an laici ad accusationem clericorum sint recipiendi. Solu. de iure antiquo sic: de nouo non. In 8. qualiter accusatio debet fieri. Solu. In scripto. ca. in agendo si libellum.

lum. ¶ Tertia causa habet 11. quæstiones. In 1. quæritur an restitutio sit fienda quibuslibet spoliatis: Solutio, sic, nisi in istis casibus, Infamatus, apostaticus, iustè spoliatus, Præcisus cum suspecto non restituuntur. ca. patet. In 2. de inducijs, quo spatio sint dandæ: an post restitutionem tantum, & an post uocationem ad causam quibuslibet concedendæ sint. Solutio, ad arbitrium iudicis.

In 3. quo spatio mensium sint induciæ concedendæ. Solu. ad arbitrium iudicis. In 4. utrum infames sint recipiendi ad accusationem. Solut. non, nisi contra consimiles. In 5. an testes de domo accusatorũ sint producendi, uel inimicorum uox sit audienda. Solu. inimici minimè: nec etiam domestici, quibus imperamus, possunt. In 6. an extra prouinciam reus sit producendus. Solu. non, nisi per appellationem. In 7. an sit audiẽda eius sententia, quem cum reo par inficit malitia. Solutio, sic, quãdiu tolleratur ab ecclesia. In 8. an episcopus ab uno poßit iudicari. So. non, nisi à septẽ episcopis, reseruata sententia summo Pontifici. In 9. an absens aliquis sit accusandus, Sol. non, nisi sit absens pro contumacia. In 10. utrũ deficientes uno casu sint admittendi ad consequentia. Sol. sic. c. placuit. In 11. utrum accusatus in accusatorẽ poßit conuertere accusationẽ. Sol. non, nisi maiori crimine. ¶ Quarta causa habet 6. quæstiones. In prima quæritur, an in excommunicatione

cõsti-

constitutus alium accusare ualeat. Sol. non. In secū da, an intra 14. annum poßit quis testificari. Solu. non. In tertia, an ab accusatione prohibitus poßit testis existere. Sol. non. ca. spacium. In 4. utrum idē poßit accusator, & testis existere. Solu. non. ca. 1. & 2. In 5. si ad causam uocatus non uenerit die sta ta, an sit excommunicandus. Sol. sic, nisi iustam cau sam absentiæ probauerit. In 6. an calumniator in propria causa sit audiendus. Solu. sic, si causa non sit criminalis. ¶ Quinta causa habet sex quæstiones. In 1. quæritur, qua pœna sit puniēdus, qui famo sum librum scripsit. Solutio: anathematizandus: ni si scripta probauerit. cap. quidam malis. In secun da, quoties sit quis ad causam uocandus, antequam sententiam excommunicationis accipiat. Solutio, non solum semel, sed etiam bis uel ter. In tertia, an procurator causam alicuius agere ualeat, q^ui per se tunc adesse non potest. Solutio: criminalem non, nisi sit illustris persona. causam uerò iniuriarum, quilibet potest. capitulo, episcopi. In quarta, an absque synodali audientia episcopus sit damnan dus. Solutio, non. In quinta, an sit habendus inimicus, qui amicum accusaturus est. Solutio, non, nisi hoc agat ex ueritate. cap. illi qui. In 6. qua pœna sit plectendus, qui non probat quod obijcit. Solutio, talionis. cap. Epiphanium. ¶ Sexta causa habet 5. quæstiones. In prima quæritur, an crimine ir-
retiti

retiti uel infamia notati ad huiusmodi accusationē sint admittendi. Solutio, non. cap. sunt plurimi. In 2. si episcopus accusationem in accusantem uertere uoluerit, utrum simplici uerbo eius sit fides adhibenda. Solutio, non, absq; certa probatione. In 3. an liceat expetere iudiciū archiepiscopi alterius prouinciæ. Solutio. non, nisi in causa damnationis. In 4. cuius iudicium sit expetendum, cùm episcopi prouinciæ in sententia discordant. Solu. archiepiscopi & coëpiscoporum ultimæ prouinciæ. cap. 1. & 2. In 5. an accusatore deficiente reus sit cogendus ad probationem. Solutio, non, sed ad purgationem, si laborat infamia. c. actor.

Septima causa habet duas quæstiones. In prima quæritur, utrum uiuente episcopo alius possit in eadem ecclesia ordinari. Solutio, non, nisi transferatur uel cedat: præ infirmitate tamen uel senectute datur ei coadiutor. ca. quamuis iste. In 2. utrum isti, qui deserunt causa infirmitatis, ualetudine recepta possint cathedram repetere. Solutio, non.

Octaua causa habet quinque quæstiones. In prima quæritur, an liceat episcopum successorem eligere. Solu. non. c. apostolica. In 2. an amicorum patrocinia debeant in electione conualescere. Solu. non. c. illud. In 3. an sit simonia post electionem propter indemnitatem iuramentum præstare. Solutio,

lutio, sic, si pactum super hoc processit. ca. talia. In 4. an liceat clericis iudicij episcopi de crimine recusare. Sol. nō ante cōdemnationē. In 5. an excusatus corā apostolico, sine eius literis debeat reuerti. So. non.

¶ Nona causa habet 3. quæstiones. In prima quæritur, an ordinatus ab excōmunicato sit audiendus. Sol. nō, nisi ignorauerit illum excommunicatū esse, ca. ab excommunicatis. In 2. an liceat episcopo uel archiepiscopo alterius clericos ordinare. Solu. non sine literis dimissorijs sui episcopi. In 3. an liceat archiepiscopos subditos suffraganei sui damnare uel absoluere. Sol. nō, nisi negligēs fuerit episcopus, uel ad eum appellatio deferratur, uel in casu cōsimili.

¶ Decima causa habet tres quæstiones. In prima quæritur, an ecclesia cum omni dote ad episcopum pertineat, aut ad eius ordinationem. solu. sic. c. regenda. c. q. In 2. an liceat episcopis res ecclesiæ distrahere. sol. nō. c. præcauere. In 3. quid à singulis ecclesijs nomine cathedratici ualeant exigere. sol. duos solidos. c. item si quis. ¶ Vndecima causa habet tres quæstiones. In prima quæritur, an clericus ante ciuilem iudicem sit trahendus. sol. non. In 2. qua pœna sit feriendus qui clericum ad secularem iudicem traxit. sol. excommunicationis. In 3. qua pœna sit dignus, qui excommunicationem uel sententiam episcopi non seruauerit. sol. talis est puniē-

dus

ctus depositione. ¶Duodecima causa habet quinque quæstiones. In prima quæritur, an liceat clericis proprium habere. solu. non regularibus. c. non dicatis. In 2. an liceat eis res ecclesiæ dare uel distribuere. sol. non, nisi in casibus à iure concessis. 12. q. 2. sine exceptione. In 3. an clerici acquisita de rebus ecclesiæ possint relinquere quibus uoluerint. so. non, nisi ecclesiæ. c. 1. de testa. requisisti. In 4. quibus possunt ea relinquere, quæ de suis & rebus ecclesiæ prouenerunt. sol. partim ecclesiæ & partim hered. 12. q. 4. c. 1. In 5. an liceat clericis facere testamentum. sol. sic. de proprijs licet: de rebus autẽ ecclesiæ non. 2. q. 5. c. fixum. ¶Tredecima causa habet duas quæstiones. In prima quæritur, utrũ decimæ sint dandæ ratione territorij, uel personæ. sol. ratione utriusque 16. q. i. quæsisti. In 2. quæritur, an ius percipiendi decimas & funerandi tollatur præscriptione tẽporis. sol. sic: quia tollitur ius percipiendi decimas. 16. q. 3. si quis. & extrà de præscript. de quarta. Sed ius funerandi non tollitur præscript. ut 3. q. 2. §. non quæritur.

¶Decimaquarta causa habet 6. quæstiones. In prima quæritur, an liceat clericis in iudicio sua repetere. solut. sic. In 2. an super rebus ecclesiæ de eadem ecclesia testes sint recipiẽdi. solutio, sic. c. super prudentiam. In 3. an præter sortem aliquid exigere sit usura. solutio, sic. ca. plerique. In 4.

an liceat clericis uel laicis usuras petere. sol. non. 14. q. 4. quoniam nulli. et c. nec hoc. In 5. an ecclesiæ uel eleemosynæ sint faciendæ de usuris. sol. non. 15. quæstione 5. In 6. an usurarij poßint agere pœnitentiam nõ facta restitutione. solu. sic. si non habeant unde restituant. c. si res aliena. Decimaquinta causa habet 8. quæstiones. In prima quæritur, an ea quæ fiunt ab ignorantibus, sint eis inputanda. sol. non: nisi culpa sua per ignorantiam deuenerit. c. si quis de clericis. In 2. an pro impensis patrociniis liceat clerico munera exigere. sol. non. In 3. an per confeßionem mulieris cum qua peccauit sacerdos, sit condemnandus. sol. non. c. nemini. In 4. an die dominico debeant episcopi causas audire. so. non. c. placita. In 5. an neganti crimen purgatio sit indicenda. sol. sic, si laboret infamia. c. presbyter. In 6. an in criminalibus confeßio sit extorquenda. sol. sic: sed à curialibus non. In 7. an episcopus solus ualeat deponere presbyterum uel diaconum. sol. non. c. felix. In 8. si confeßus uel conuictus de ijs, quæ ante ordinationem commisit, ualeat ministrare. sol. non. c. ul. Decima sexta causa habet 7. quæstiones. In prima quæritur, an liceat monachis populis officium celebrare. sol. sic. cum permißione episcopi, & licentia abbatis. §. eccle. In 2. an liceat eis capellis suis sacerdotes instituere. sol. sic, si eas poßident cum omni iure. c. uisis. In 3. an.

3. an iura ecclesiarum per præscriptionem tollantur. solu. sic. c. 1. In 4 an ecclesia aduersus ecclesiã poßit præscribere. solu. sic. c. uolumus. In 5. an episcopus uel abbas iure territorij capellam ualeat uẽdicare. solu. non. c. si quis. In 6. si quis rem ecclesiæ ab aliquo iniustè detentam sua authoritate irrepserit, an cadat à causa. sol. ipse quidem cadit à causa, sed ecclesia non. ca. si episcopus. In 7. an liceat alicui de manu laici ecclesiam recipere. solu. non. nisi ecclesia uel monasterium habeat ius patronatus, c. si quis deinceps.

¶Decimaseptima causa habet quatuor quæstiones. In prima quæritur, an reus sit uoti, cùm à proposito cordis sui recedit. sol. non, quantũ ad ecclesiam, nisi ore pronũciauerit. c. 1. In 2. an beneficia sint ei reddenda, qui eis in infirmitate renũciauerit. sol. sic, nõ erat sui cõpos. In 3. an liceat ei, qui se tradit monasterio, postea ad propria redire. sol. sic, intra annum. In 4. si retroierit, an sint ei sua reddenda. sol. sic, si de licentia sui prælati receßit, aliàs non.

¶Decimaoctaua causa habet duas quæstiones. In 1. quæritur, an abbas factus episcopus acquirat monasterio uel ecclesiæ. sol. dum fuit abbas, acquisiuit monasterio, sed dum factus est episcopus, ecclesiæ. c. quam sit. In 2. an per episcopum sit abbas eligendus. sol. à fratribus est eligendus: sed ab episcopo ordinandus. c. hoc tantùm.

¶ Decimanona causa habet tres quæstiones. In prima queritur, an episcopus debeat permittere clericos ad monasterium transire. solu. sic. In 2. si noluerit, an liceat eis eo inuito ad monasteriũ transire. sol. sic. c. duæ sunt In 3. an liceat canonicis regularibus transire ad monasterium monachorum. sol. non sine licentia sui prælati.

¶ Vicesima causa habet 4. quæstiones. In prima queritur, an pueri traditi monasterio cogantur ibi manere. sol. non, nisi postquam uenerint ad annum discretionis, consenserint. In 2. si præter uoluntatem parentum intrauerint monasterium, an possint extrahi de monasterio. sol. sic, infra annum & diem, si sunt infra annos discretionis. ca. si puella. In tertia qui inuitus cucullam induerit, an cogatur eam retinere. solu. non, nisi postquàm consenserit. In quarta, an liceat ab uno manasterio transire ad aliud. solu. sic, arctioris regulæ.

¶ Vicesimaprima causa habet 5. quæstiones. In prima quæritur, an liceat clerico in duabus ecclesijs inscribi, solutio, non, de iure communi. c. 1. & 2. In 2. an liceat clerico à sua ad ecclesiam aliam transire. solu. non, sine literis dimissorijs sui episcopi. c. si quis iam. In 3. an liceat clericis suscipere procurationem negotiorum secularium. solut. non, nisi causa pietatis. In 4. an liceat clericis ornari fulgidis uestibus solutio. non. In 5. qua pœna sint feriẽdi clerici,

clerici, qui ad seculare negotium fugiunt. Solu. ex communicationis. ¶ Vicesimasecunda causa habet 5. quæstiones. In prima quæritur, an iuramentũ sit præstandum. Solu. sic, causa necessitatis. In 2. an sit periurus, qui iurat falsum quod putat esse uerum. Solu. sic, propter intentionem fallendi. In 3. an liceat clericis episcopo denegare certam obedientiã. Sol. non ante condemnationem. In 4. an iuramentũ illicitum sit seruandum. Sol. non. c. in malis & c. In 5. an sit periurus, qui cogit alium peierare. Sol. sic. c. qui peierat.

¶ Vicesimatertia causa habet 8. quæstiones. In prima quæritur, an militare sit peccatum. Sol. nõ, in iusto bello. ca. militare. In 2. an bellum sit iustum, quod fit ex edicto pulsandi malas causas hominum. So. sic. ca. 1. In 3. an iniuria ecclesiarum sit armis propulsanda. Sol. est ab ijs, quibus licet. c. fortitudo. In 4. an uindicta sit inferẽda. Sol. est ab eo cuius interest. c. ea uindicta. In 5. utrũ sit peccatum iudici uel ministro reos occidere. Sol. nõ, si fiat causa iustitiæ, c. etiã sine peccato. In 6. an mali sint cogendi ad bonum. Solu. non. ca. ad fidem. In 7. an hæretici sint spoliandi suis & ecclesiæ bonis. Sol. sic. c. iam uerò. In 8. an liceat clericis arma mouere. Sol. non, manu propria, nisi in causa necessitatis. c. quicunq;.

¶ Vicesimaquarta causa habet tres quæstiones. In 1. quæritur, an hæreticus possit aliquem excom

municare.sol.non.c.audiuimus.In 2.an post mortem posit aliquis excommunicari. solutio:potest, pro hæresi.c.sanè.In 3.an pro peccato domini tota familia debeat excommunicari.sol.non:sed interdici potest.ca.si hæres.

¶ Vicesimaquinta causa habet duas quæstiones. In prima quæritur, an autheritate priuilegij quis contra ius commune ualeat se tueri.sol.ualet.c.ult. In 2.an sequentia priuilegia derogent prioribus.solut.sic, si dentur ex tota scientia uel certa scientia.c.rescripta.

¶ Vicesimasexta causa habet septem quæstiones.In prima quæritur,an sint sortilegi, qui sub ficto nomine religionis futura promittunt.sol.sunt. In 2.an sit peccatum esse sortilegũ.sol.sic.c.sors.In 3.à quibus genus diuinationis sumpsit exordiũ.so. à Persis.I 4.quot sunt genera diuinationis.sol. quatuor secundum numerum: duo uerò secundum formam.In 5.an sortilegi sint excommunicādi. sol.sic. c.contra idolorum. In 6.utrum excommunicatus ab episcopo posit reconciliari à presbytero.sol.nõ inconsulto episcopo,nisi in causa necesitatis.c.ab infirmis.In 7. an morientibus sit pœnitentia indicenda.sol.non.sed innotescenda.c.admoneant.

¶ Vicesimaseptima causa habet duas quæstiones. In prima quæritur, an coniugium posit esse inter uouentes.solut.non, si uotum sit solennizatum.

secus

secus si simplex.cap.1.& 2.an liceat sponsæ & spõso recedere.solu.non,si desponsatio sit de præsenti. cap.desponsatam.

¶ *Vicesimaoctaua causa habet tres quæstiones. In prima quæritur,an sit coniugium inter infideles.solutio. non.c.non oportet. In 2. an liceat conuerso ad fidem ducere aliam uiuente priore, solutio.sic,si diuisus sit ab infideli cap.si infidelis. In 3. an bigamus sit, qui habuit unam uxorem ante baptisma.& aliam post.solutio.sic,& hoc ratione baptismi.*

¶ *Vicesimanona causa habet duas quæstiones. In prima quæritur,an sit matrimonium inter seruũ & ingenuam.solu.sic,nisi error impediat. In 2.cũ deprehenderit illa fore seruum, an liceat ei ab illo recedere.sol.sic.c.si quis ingenuus.*

¶ *Tricesima causa habet quinque quæstiones. In prima quæritur,an sit debitum reddendum uxori,quæ proprium filium de fonte suscepit.solut.sic, nisi ex consensu utriusque sit factum. cap. dictum est. In 2. an sponsalia contrahantur inter infantes.solut.non intra septimum annum.c.ubi non est. In 3.an spirituales uel adoptiui filij cum naturalibus poßint computari.solut.non.c.1. In 4.utrum liceat aliquem ducere commatrem uxoris suæ in uxorem.solutio.sic.uxore mortua,si commaternitas præceßit matrimonium.ca.sciscitatur. In 5.*

an clandestina desponsatio manifestè praeiudicet Solu.non,quantùm ad ecclesiam.

Tricesima prima causa habet tres quaestiones. In prima quaeritur,an poßit duci in uxorē,quae prius polluta est per adulterium. Sol.potest,cùm dederit ei fidem priùs adulter uiuente uiro: nisi machinatus esset in mortem eius.c.si quis uiuente.In 2.an filia sit inuita tradenda uiro alicui in uxorem. Sol. non.c.1.§.1. In 3.an post patris sponsionē ipsa poßit nubere alij.Sol.potest,si non consenserit.

Tricesimasecunda causa habet 8.quaestiones. In prima quaeritur, an liceat meretricem ducere in uxorem. Solu.sic. cùm renunciat. In 2.an ipsa sit coniunx appellanda,quae ducitur causa incontinentiae.Solut.est.In 3.cuius arbitrium sequitur mulier, an aui liberi, uel patris originarij.Solut.aui. In 4. an uiuentę uxore liceat alicui ex ancilla filios quaerere.Solu.non. In 5. si ea,quae inuita opprimitur pudicitiam amittere comprobatur.Solut.non. §. n In 6. si adulter adulteram dimittere poßit. Solut. non. In 7. an uir dimissa uxore adultera & ea uiuente,poßit aliam ducere.Sol.non. In 8.si hoc saltem casu infidelem ducere poßit, ea conditione ut reuertatur ad fidem.Solu.non.cap.solum.

Tricesimatertia causa habet 5.quaestiones. In prima quaeritur, an propter impotentiam coëundi sit aliqua à uiro separanda.Sol.sic,ca.si quis.In 2.

an separata poßit ei nubere, cũ quo priùs fornicata est. Sol. potest, pœnitentia peracta. ca. in adolescẽtia. In 3. an sola cõtritione cordis poßit deleri peccatum. Sol. sic, ubi facultas confitendi non suppetit, si confeßionem non contempserit, dum potuerit haberi. c. pœnitentes. Aduerte tamen quòd ista 3. q. non tractatur sub forma aliarum, sed per modum tractatuli diuisi in 7. dist. quæ uocantur de pœnitẽtia. In 4. si tẽpore orationis uxori quis debeat reddere debitum Sol. sic. In 5. an uir sine consensu uxoris poßit uouere continentiã, uel è cõuerso. So. nõ.

Tricesimaquarta causa habet duas quæstiones. In prima quæritur, an rea adulterij sit, quæ credẽs uirum mortuum nupsit alteri. Solu. non. In 2. an redeunte priore cogenda sit redire ad primum, et recedere à secundo. Solu. sic.

Tricesimaquinta causa habet 10. quæstiones. In prima quæritur, an liceat aliquam du ere ex cognatione propria. Solut. non. In 2. an liceat aliquam ducere ex consanguinitate uxoris suæ. Sol. non. In 3. usq; ad quem gradum debet quis abstinere à consanguineis suis & uxoris suæ. Solutio, usque ad septimum, secundum antiquos. In quarta quæritur, quare usque ad septimum gradum computatur consanguinitas. Solu. ad instar septem ætatum huius seculi. In 5. quomodo gradus consanguinitatis sunt computandi. Solutio, sicut ostenditur in arbore.

In 6. qui iure propinquitatem firmare debeāt. So. propinqui & uicini. In 7. an illi qui ex incestu nati sunt, filij reputentur. Solu. non. In 8. si consanguinei ignoranter coniuncti simul poßint remanere. Solu. non, nisi ex dispensatione Romani Pontificis, in quinto gradu uel supra. In 9. an matrimonium separatum per falsos testes, si postea aparuerit ecclesiam fuiße deceptam, sit redintegrandum. Solu. sic. c. quisquis. In 10. si relicta alicuius uiri ad secūdas nuptias transierit, an proles ex eis suscepta poterit copulari consanguineis prioris uiri. Solutio, non. ¶ Tricesimasexta causa habet 2. quæstiones. In 1. quæritur, an is, qui uirginem oppreßit, raptū cōmisit. Sol. sic. c. de raptorib. In 2. an rapta raptori nubere poßit patre consensum præstante. Solut. sic. cap. deniq;.

Tertia paxs Decreti dicitur de Consecrat. eò q; ita incipit. Et est diuisa in 5. dist. In 1. agitur de consecratione eccle. & celeb. mis. In 2. de sacramēto Eucharistiæ. In 3. de festiuitatibus per circulum anni celebrandis. In 4. de baptismo. in 5. de confirmatione & ieiunio. Et sic terminatur liber in duobus cap. de Spiritu sancto.

LIBRI DE MODO LEGENDI ABBREVIATVRAS IN VTROQVE IVRE, FINIS.

TITV-

TITVLI, QVAE ET RVBRICAE VVLGO NVNCVPANTVR, IN VNIVERſum Ius Ciuile, ex Haloandri recognitione adſcripti.

LECTORI.

Hos oẽs, qui ſequũtur, Iuris Imperatorii titulos nõ abſq; labore ad hãc nouã, quã conſpicis, Alphabeti ſeriem redegimus, Lector beneuole, quę nõ tantũ Noricæ, ſed etiã cuiuis editiõi reſpõdere poteſt. Cæterũ numerus notis quæ ſequuntur, ſingulis additus, Libros cuiuſq; indicat.

CANON.

Inſt.	*Inſtitutiones.*
V.	*ff. Vetus.*
Inf.	*ff. Infortiatum.*
N.	*ff. Nouum.*
C.	*Codex.*
A.	*Authentica.*
F.	*Feudorum uſus.*

A.

A Bigeis N. 47. C. 9.
Abolitione generali C. 9.
Abolitionibus. ibidem.

Acceptilatione,bus.N 46.C 8.
Accusationibus & Inscriptionibus N 48. C 9.
Actionibus Inst.4.
Actionibus empti & uenditi V 19.C 4.
Actionibus Hæreditarijs C.4.
Actione Pigneratitia.ibid.
Actore à tutore,seu curat.dando C 5.
Ademptione Legatorum Inst.2.
Ademptione libertatis N 40.
Ad exhibendum V 10.C 3.
Adimendis uel transferendis Legatis,uel fideicõmißis V 33.
Adiutoribus Quæstoris A 35.
Ad legem Aquiliam V 9.
Ad legem Corneliam de falsis C 9. & Sen.consulto Liboniano N 48.
Ad legem Corneliam de sicarijs C 9.
Ad legem Falcidiam Inf.35.C 6.
Ad legem Flauiam de Plagiarijs N 48.& C 9.
Ad legem Iuliam de Adulterijs & stupro N 48. & C 9.
Ad legem Iul.de Ambitu N 48.C 9.
Ad legem Iuliam de Annon.ibidem.
Ad legem Iul.Maiest.N 48.C 9.
Ad legem Iuliam Peculatus, & de Sacrilegijs & residuis N 48.
Ad legem Iuliam Repetundarum N 48. & C.9.

Ad legem Iuliam de Sicarijs, & ueneficijs N 48.
Ad legem Iuliam de ui publica N.ibid.
Ad legem Iuliam de ui priuata.ibid.
Ad legem Iuliam de ui publica, seu priuata C 9.
Ad legem Pompeiam de paricidijs N 48.
Ad legem Rhodiam de iactu V.14.
Ad legem Viscelliam C 9.
Administratione & periculo tutorum & curatorum qui gesserunt, uel nõ: & de Agentibus uel conueniendis uno, uel pluribus, Inf.26,
Administratiõe rerũ ad ciuitates ptinentiũ N 50.
Administratione tutorum & curatorũ: & de pecunia pupillo fœneranda, uel deponenda C. 5.
Administratione rerum publicarum C. 11.
Adoptionibus Inst.1. & C.8.
Adoptionibus, & Emancipationibus & alijs modis quibus patria potestas soluitur V 1.
Acquirenda & retinenda possess. C 7.
Acquirenda uel omittenda possessione N 41.
Acquirenda, uel admittenda hæreditate Inf. 29.
Acquirendo rerum dominio N 41.
Acquisitione per arrogantiam Inst.3.
Ad Municipalem, & de Incolis N 50.
Ad Sen.consult.Macedonianum C 4.
Ad Sen.consult.Orficianum C. 6.
Ad Sen.consul.Tertullianum C 6.
Ad Sen.consul.Tertullianum & Orficianũ Inf.38.

Ad Sen.consult.Trebellianum Inf.36.
Ad Sen.consult.Turpilianum C.9.
Ad Sen.consult.Turpilianum, & de Abdicationibus criminum.N 48.
Ad Sen.consult. Velleianum V.16.C.4.
Adsertione tollenda.7.
Adsessorib.& domesticis,& cãcellarijs iudicũ C.1.
Adsignandis libertis,seu adsignatione libertorum Inf.38.Inst.3.
Aduocatis diuersorum Iudiciorum C.2.
Aduocatis Fisci.ibidem.
Aedificijs priuatis C.8.
Aequalitate dotis & donationis ante nuptias. Habet autem & alia capitula.A. 97.
Aestimaria actione V.19.
Aedilitio edicto, & redhibitoria actione,& quãto minoris V.21.
Aedilitijs actionibus C. 4.
Agentibus in rebus C.12.
An agnatus,uel filius defuncti poßit retinere Feudum repudiata hæreditate.F.2.
An apud Iudicem,uel Curiam domini quæstio Feudi debeat terminari.ibidem.
An ille qui interficit fratrem domini sui, Feudum amittat.ibi.
An maritus succedat uxori in beneficio F.1.
An mutus,uel aliàs impfectus Feudũ retineat F.2.

Agnoſcendis uel alendis Liberis, uel Parentibus, uel patronis, uel Libertis. inf. 25.
Agricolis, & cenſitis, & colonis C. 11.
Agricolis, & mancipijs dominicis, uel fiſcalibus reipub. uel priuatæ C. 11.
Albo ſcribendo N. 50.
Aleatoribus V. 11.
Alendis liberis ac parentibus C. 5.
Alexandriæ primatibus. C. 11.
Alienatione Feudi F. 1.
Alienatione, & emphyteuſi rerum eccleſiaſticarum A. 120.
Alienatione paterni Feudi F. 2.
Alienatione iudicij mutandi cauſa facta V. 4. C. 2
Alimentis, uel cibarijs legat. V. 34.
Alimentis pupillo præſtandis C. 5.
Allodijs F. 2.
Alluuionibus, & paludibus, & paſcuis ad alium ſtatum translatis C. 7.
An per alium cauſæ appellationum reddi poßint. N. 49.
An remoueri debeant teſtes qui, patres eſſe deſierunt F. 2.
An ſeruus pro ſuo facto poſt manumißionem teneatur C. 4.
Annali exceptione Italici contractus tollenda, & de diuerſis temporibus, & exceptionibus, & pre-

præscriptionib. & interruptionibus earum C 7.
Annonis, et captu administrantiũ, uel adsessorum, aliorúmue publicas solicitudines gerentium: & eorum qui aliquas consequuti sunt dignitates C. I.
Annonis ciuilibus C II.
Annonis & tributis C IO.
Annonis legatis & fideicommißis Inf. 33.
Apochis publicis, & de descriptionibus Curialiũ, & de Distributionibus ciuilibus C IO.
Apostatis C I.
Apparitoribus Præfectorum prætorio, & priuilegijs eorum C. 12.
Apparitoribus Præfecti urbis. ibidem.
Apparitoribus Magistrorum militum, & priuilegijs eorum. ibidem.
